



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

76. An Episcopus valeat dispensare, ut contrahens cum voto castitatis
possit petere debitum? Et quid circa hoc quoad regulares virtute
privilegiorum, assignatos tamen per Provincialem, vel etiam non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

Sump. 68. num. 19. Totalis autem effectus dispensationis est ipsa legis relaxatio, quæ per illam fit: cum ergo consummata sit, dispensatione semel iam facta, nihil obesse potest in posterum cessatio causa. Gratis autem & ab illo fundamento dicitur relaxatio illa fusile solam sub conditione à Principe facta, nempe dum causa perseveraverit.

2. Vnde supposita probabilitate supradictæ opinio-
nis: quod scilicet Titius modo dicto simpliciter dis-
pensatus ab onere recitandi horas Canonicas propter
oculorum morbum, quo tempore dispensationis im-
perata grauiter laborabat; adhuc gaudet beneficio
dispensationis, etiam postquam ab eo morbo
perfecte convaluit; ita ut non peccet omittendo in
posterum officij diuinæ recitationes; probabile est
eundem Titium in dicto euentu, nec teneri ac
vlam fructuum beneficij ab ipso posselli restitu-
tio-
nem. Hucque Auctor supra citata decisionis, quæ
omnia deserunt pro casu nostro. Vide etiam Zam-
bellum in *reper. Mor. verb. Dispensatio*, num.
vbi me citato docet, quod dispensatio habita pro
necessitate, illa transacta, adhuc valeret, & dispen-
satus illa vti potest.

RESOL. LXXV.

*An aliquando Episcopus possit dispensare in voto
castratis absoluere, ac in aliis votis Papa reservari?*
Et notatur in hoc casu, quis censetur difficultas ad
Pontificem adiutum, & qua causa legitima?
*Et an si occurrit predicta necessitas, & aditus ne-
gue ad Episcopum pateat, possit Parochus dis-
pensare, ex praesumpta Pontificis voluntate?* Ex
p. 11. tr. 8. & Msc. 8. Ref. 5.

*Sep. hoc in
tom. 8. tr. 4.
Ref. 38. §. vlt.
& hic infra
in Ref. 133. §.
Probatur,
paulo post
initium, à
vers. si cundo
magis 14.
in tom. 7. tr.
1. Ref. 277.*

§. 1. **A**ffirmative responderet Raphaël de la Tor-
te to. 1. in 2.2. *Diu Thomas*. q. 88. art. 12.
disp. 3. num. 14. Probatur, quia iure diuino concessa
erat facultas dispensandi super omnibus votis dis-
pensabilibus, & hæc potest. Summi Pontificis au-
toritate limitatur, ne in actu exeat respectu alii
quorum: sed credendum non est Summum Pontifi-
cum interdicere hanc potestatem, quando alias non
patet facilis aditus ad ipsum, vel ad alium habentem
delegatam potestatem super hæc vota dispensandi:
§. 1. & 2. & ergo in isto modo Episcopis talis potestas. Probatur
minor: quoniam talis prohibitus esset in grava præ-
iudicium Ecclesiæ, & in Christi offendam: multi si-
quidem haberent legitimam causam ad dispensationem
petendam; nec tamen possent propriæ difficili-
tati aditum ad Pontificem. Sed dubitabit quispiam,
quis censetur difficultas aditus, & qua causa legitima?
Quia in re præcipue standum est arbitrio pru-
dentis viri, qui considerabit locorum distantiam,
temporis opportunitatem, persona alia, que omnes circumstantias, inter quas præcipue pon-
deranda erit indigentia, & pecuniae inopia, si enim
quis numeros non habeat pro dispensatione obti-
nenda, etiam si alii facile posset adire Romanum, cum
eo poterit Episcopus dispensare: similiter si imminet
grava pericula transgressionis voti, & recursus ad
Pontificem, est quasi moraliter impossibilis. Aduer-
rat tamen Episcopus quod si voulentis necessitate
posset subvenire per solam suspensionem executionis voti, non debet totaliter in voto dispensare; quia præfata potest solam fundatur in quadam
æquitate, & pia interpretatione: ergo extendi non
debet ultra id, quod exigit moralis necessitas: quan-
do igitur per solam dilationem executionis voti, sa-
tisfit necessitati voulentis, non debet totaliter votum auferri. Et hæc omnia docet Raphaël *vbi supra*.

2. Et hanc sententiam tenet etiam Sylvester verb.
volum 4. §. 4. clarius, verb. dispensatio § 9. Nauar-
rus cap. 12. n. 42. & 75. cum sequentibus. Suarez lib. 6.
c. 26. num. 9. Sanctius lib. 8. de matrimonio. disp. 9. n. 22.

& sequentibus, & videatur etiam Calet. 1. 2. quest. 97. Sup. hoc se-
c. 4. alterens in leibus, in pericolosis, in frequen-
tibus causis posse Episcopum dispensare, etiam
si alias huiusmodi causa fini Pontifici referatur.
Et his omnibus addit duos alios doctissimos Patres

Dominicano Magistrum Ledea in *summa tom. 2.*
tr. 10. de voto cap. 8. ver. en la tercera parte, & Ma-
gistrum Gallego in *Bolla Crucis* cap. 9. par. 3. §. 1.
dub. 159. Quintanadueniam de subtile duarum hebdo-
madarum cap. 12. num. 12. Gobat de *tubil.* cap. 42.
quest. 114. num. 32. Suarez de *Relig.* tom. 2. tract. de
voto cap. 26. num. 9. Lessium lib. 21. cap. 49. dub. 13.
num. 186. Sanchez in *summa tom. 1.* l. 3. cap. 40. n. 32.
& 34. Valentim tom. 3. disp. 6. punct. 7. Martinum
de San Ioseph, & alios in sequenti Resolutione
citandos.

3. Sed si aliquis hic querat, An si occurrit praedi-
cta necessitas, & aditus neque ad Episcopum pa-
reat, possit Parochus dispensare praesumpta Ponti-
ficis voluntate? Respondeo negativè contra Gabrie-
lem in *dis. 38. quest. 1. art. 5. concil. 2.* & contra Ro-
drig. loco infra adducendo, quia in Parocho nulla
est potestas ordinaria ad dispensandum in votis
etiam non reseruatis, neque ad illa commutanda,
vt latè probat Sanchez lib. 8. de matrimonio. disp. 9. n. 27.
ratione, & auctoritate; nemo enim potest vota
commutare, nisi habeat iurisdictionem vel Episco-
palem, vel quasi Episcopalem in foro externo, vel
habeat praefilegium, vt contra Rodrig. tom. 99. re-
gular. art. 9. probat Sanchez, loco citato, & Bardi
in *Bolla Crucis* part. 2. tract. 7. cap. 2. sect. 5. n. 143.
qui addit Quintanadueniam *vbi supra*.

RESOL. LXXVI.

*An Episcopus valeat dispensare, ut contrahens cum
voto Castratus posset petere debitum?*
Et quid circa hoc quoad Regulares virtute priuile-
giorum; assignatos tamen per Provinzialia, vel
etiam non assignatos virtute alterius privilegii
Italy I. I. P.
Et quid de Confessario virtute Bolla Crucis?
Et notatur, quod si supra dicta voulens Castratum,
vel cum voto Religionis facto ante matrimonium,
vel post matrimonium ratum factum, nondum con-
summatus matrimonium, in ista casu neque
Episcopus, neque Regularis, neque Confessarius
virtute crucis potest dispensare. Ex p. 11. II. S.
& Msc. 8. Ref. 4.

§. 1. **A**d hoc dubium responderet Dicastillus de
Sac. tom. 3. tract. 10. disput. 8. dub. 4. f. 1. Ref. 133. §. vlt.
vbi sic sit; Addit etiam Hentiquez, & Valen-
tia supra, Episcopum posse dispensare cum iis, qui post
votum castratus simpliciter contrarerunt matrimonium,
vt possint licite petere. Quod tamen alii ne-
gant, quia id est dispicare in aliqua parte substanti-
ali voti castratus simpliciter, quod nullo iure vide-
tur concedendum Episcopo.

2. Hoc tamen non obstante mihi videtur proba-
bile, quod prædicti Doctores docent, nam qui vo-
nit castratum simpliciter & eo non obstante con-
traxit matrimonium, in eum statum peccando fe-
reduxit, in quo interim dominus durat, non tenetur ad
castratum simpliciter, atque adeo votum pro illo
tempore durans matrimonij non est in statu voti
castratum simpliciter, redditum tamen ad statum ca-

stratus

De Dispensationibus. Resol. LXXVII. 225

titatis simpliciter, si superiuia alteri coniugi; ergo Episcopus dispensando pro illo tempore, vt possit petere debitum, tamquam dispensatio in parte voti pro illo tempore, non castitatis simpliciter; cum teneatur vouchredire debitum coniugi, & quod illam partem conferuare castitatem.

¶ Eandem dispensationem concedere possunt Confessarii nostrae Societatis, quibus Prouincialis Prepositus id commisserit; de quo fit mentio in notitia eiusdem. Ita Priviliegiis in compendio, verbo, dispensatio, §. 9, acque adeo alias Religiones, quae habent communicationem Priviliegiorum cum Franciscanis, quiibus id concessit Pius V. 26. Octobris anno 1569. Ita Dicatillus, & ante illum quod auditoriatem Episcoporum Leander de sacramentis tit. 2. tral. 9. §. 9. quod. 24. quaf. 18. qui plures citat, & verum esse affirmat contra Azotium, etiam calu, quo matrimonium non fuerit consummatum: in illo namque, & etiam poterit Episcopus dispensare ad petendum debitum, etiam priori bimeti post initium, nec consummatum. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. dispu. 12. num. 6. & dispu. 16. num. 3. & lib. 4. summ. cap. 40. num. 63. Vide etiam in favore Episcoporum Gallego in Bull. Cruciate cap. 9. §. 1. sub. 169. & Andream Mendu etiam in Bull. Cruciate disputatione 26. cap. 11. num. 119. qui tamen negant hanc auctoritatem Confessarii virtute Bulla Cruciate, & recte quidem.

4. De Confessariis autem Regularibus Leander quaf. 17. respondebat non posse quidem ut dicta facultate absque commissione suorum Praelectorum; nempe Prouincialium, sicut Conventualium. Nam quoniamlibet horum esse necessarium, & sufficere, confit ex Priviliegiis, & indultis Pontificis. In primis namque, quod sit necessaria, & sufficiat commissario Prouincialis, confit ex indulto Pij V. supra relato, ex quo hanc primam nostram responsionis patrem, vi certani docent Doctores nuper pro secunda sententia adducti. Deinde, quod dictam facultatem videntur etiam sufficiat commissio Praelecti Conventualis, docet Ioannes de Cruce in summ. quaf. 4. de marini. dub. 1. conclus. 3. & in Epit. cap. 6. lug. 2. dub. 6. per haec verba; Iti Religiosi ex commissione suorum Prouincialium possunt, in foro tantum conscientia, dispensare cum coniugibus, qui carnaliter peccaverunt cum consanguineis alterius sui coniugis, vt possint petere debitum a suo coniuge. Ita concitat Pius V. inter vija vocis orac. n. 9. Cardinali Cribelo pro Minoritis Imo, & Iulius I. Bula 23. cum Martinus V. iam concesserat Priori, seu Presidenti Monasterij Benedictini Vallisoleti, & tribus, aut quatuor Monachis eiusdem Conuentus per priorem, seu Presidentem deputandis, & ad nutum tecumocendi, vt possint in suo Monasterio, imo & extra, vt ex contextu colligi videatur, cum praedictis dispensare. Et ista concessio, vt in eadem Bulla habetur, est iam extensa ad alta Monasteria dicti Ordinis. Et consequenter alias Ordinibus communicaata. Hucfusque Cruz, & post illum Candidus loc. cit. vbi sic ait; Per privaliegiun tamen Iulij II. confessio Congregationi Sancti Benedicti Vallisoleti, possunt id facete sine commissione Prouincialis. Ita ille, Hucfusque Leander. Vnde nostri Confessarii possunt hanc auctoritatem exercere cum licentia suis Propositi domus.

5. Nota tamen hic cum Gallego obi supra. Quod aliquo de los casados hinc voto de Religion aunes el matrimonio, y no le ha consumado, o se le hizo despues, y tampoco lo consumo enuncio, ni el Obispo, ni el Confessor electo por la Bula puede dispensar, y comunicar para que pida el dekiso, porque non se logra impedido para ejecutar el voto, y pues que-

RESOL. LXXVII.

De quodam voto conditionali, postea confirmato, an possit per Episcopum dispensari?

Verbi gratia N. febri acuta corruptus magno cum viride discriminis vovi ingredi religionem, ad hoc ut priuinam recuperaret sanitatem, quod vovum postea sanzati restituens confirmauit, an &c. Ex p. 18. §. 8. Mifc. 3. Resol. 16.

Puto in supradicto voto posse Episcopum dispensare cum non sit votum absolutum Religionis, sed conditione: & licet impleta conditione obligatio sit absoluta, tamen initium, origo, & radix dicta obligationis fuit imperfecta voluntas pendens a futuro eventu, quia semper in ipsa obligatione imbibita manet, & idem semper est verum dicere eam obligationem ortam esse ex confesso quodam imperfecto. Ergo poterit Episcopus dispensare. Et ita ego docui in part. I. tral. 11. resol. 14. cum Sanchez, cui nunc addo Trullensis in decalogum, tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 10. num. 5. Villalobos in summa ton. 2. tral. 34. difficil. 26. numer. 10. Caltrum Palauum tom. 3. tral. 15. dispu. 2. punt. 12. numer. 15. R. 3. phailem de la Torre in 2. 2. D. Thomas, question. 88. art. 12. dispu. 3. num. 9. Celestini in Theol. Moral. tral. 5. cap. 6. num. 5. & alios penes ipsos. Et hanc sententiam probabilem putant etiam aduersarij, vt Pontius in Marini. lib. 8. cap. 9. num. 7. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 118. & sequent. Layman. lib. 4. tral. 4. cap. 8. num. 10. Nec obstat quod post adimplentam conditionem confirmatus fuit votum, nam talis confirmatione cadit supra votum a principio non absolutum, sed conditionale; ergo dicendum est nullam maiorem obligationem addere secundum votum ad primum, nam secundum votum non fuit se altrinere ad maius vinculum, quam in prima emissione voti ad dictum erat. Ergo sicut prius votum non fuit votum absolutum Religionis, & ideo ab Episcopo dispensabile, ideo nihil addidit quod hoc eius confirmatione.

RESOL. LXXVIII.

At in dubio de valore voti reservati possit Episcopus dispensare?

Ex quo colligitur posse Episcopum dispensare in eiusmodi votis reservatis, quando emissae sunt ex metu Cadenti in virum constantem.

Vnde cum dubium sit, an vota pœnalia, & conditionalia sint reservata, sequitur ratione eius dubius posse Episcopum in eis dispensare, etiam purificata conditions, & commissio delicto. Ex p. 4. tr. 3. Resol. 59.

¶ 1. Respondeo affirmatiu, quomodo cumque dubium illud oriatur, sive quia non sunt coniectatae sufficietes, sive quia sunt probabiles rationes ad dubitandum; quia cum reservatio sit odiosa, restringenda est ad easus certos. Ex quo colligitur posse Episcopum dispensare in eiusmodi votis reservatis quando emissae sunt ex metu cadente in virum constantem. Nan licet aliqui existimant talia vota valere iure naturali & positivo, vt docet Suarez

Quæ nun
est in tom.
tr. 3. Resol. 90.
& in tom. 8.
tr. 4. Resol. 78.
§. vlt. & hic
infra in fine
Resol. seq. à
Ver. vnde, &
in Resol. 80.
§. 3. & lib. 4.

Quāvis dōñ
plene sup.
hoc lege tā-
men supra
doctrinam
Resol. 20. &
aliarum c. ius
primæ not.
& in tom. 1.
tr. 5. Resol. 40.
§. Ad secun-
dum.